



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Index Librorvm Prohibitorvm Et Expvrgandorvm Novissimus

Sotomayor, Antonio

Madriti, 1667

Secvnda Classis. In Qva Libri certorum Avctorvm expurgati, aut prohibiti,
&c. R

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81432)

SECUNDA CLASSIS

IN QVA

Libri certorum AVCTORVM expurgati, aut prohibiti, &c.

R

RAYNERVS Snoygoudanus.

EIVS *Psalterium Paraphrasibus illustratum*. Parisius apud Audenum parvum, 1549. in argumentis delenda.

Psal. 3. fol. 8. post verba, *Sed forti animo*, dele usque ad, *Domino suscipiente*, exclus.

—Psalm. 4. fol. 9. pag. 2. post illud, *Sic interpretatur Paulus*, dele usque ad, *Vt diximus*, sed aiunt, exclus. —Psalm. 6. fol. 13.

post verba, *Cum videat Clementem*, dele usque ad, *Quorum bona pars*, exclus. —Psalm.

19. fol. 41. dele, ab initio argumenti usque ad, *Possimus & hoc*, exclus. —Psalm. 24. fol.

50. pag. 2. dele ab initio argumenti, usque ad, *Orat ergo Dominum*, exclus. —Psalm. 27.

fol. 57. dele totum argumentum. —Psalm. 31. fol. 65. p. 2. dele ab initio argumenti, usque ad, *Ideoque felicem*, exclus. —Psalm. 33.

fol. 69. p. 2. ibi, *Agit quisque fidelis*, dele, *fidelis*, & reponet, *Iustus*. —Psalm. 39. fol. 86. dele totum argumentum. —Psalm. 49. folio

107. pag. 2. dele totum argumentum. —Psalm. 51. fol. 113. dele totum argumen-

tum. —Psalm. 61. fol. 130. dele totum argumentum. —Psalm. 65. fol. 137. post illa

verba, *Possesse contendere*, dele usque ad finem argumenti. —Psalm. 75. fol. 163. dele totum argumentum. —Psalm. 77. fol. 167.

dele totum argumentum. —Psalm. 82. folio 181. dele totum argumentum. —Psalm.

87. fol. 189. dele totum argumentum. —Psalm. 90. fol. 199. dele totum argumentum.

—Psalm. 99. fol. 213. pagin. 2. dele totum argumentum. —Psalm. 105. fol. 228. dele

totum argumentum. —Psalm. 113. folio 245. pag. 2. dele totum argumentum. —Psalm. 124. fol. 277. dele totum argumen-

tum. —Psalm. 128. fol. 280. pagin. 2. abigitur, *Quisque fidelis*, dele vocem, *Fidelis*, & substitue, *Iustus*. —Psalm. 129. fol. 281. pag. 2. dele totum argumentum. —Psalm. 145. fol. 307. pagin. 2. dele totum argumentum. —Psalm. 150. fol. 311. pag. 2. dele totum argumentum.

REGINALDVS Polus.
Cardinalis Britannus.

EIVS pro *Ecclesiastica unitatis defensione*, libri quatuor, qui licet sint Catholici, per se legi, ac retineri possint: tamen prohibentur, quæ simul cum illis impressa sunt, videlicet, quidam aliorum libri contra Papæ primatum, & Prefatio Pauli Vergerij, Auctoris damnati.

REINHARDVS Marpurgensis
Hassius.

EIVS *Acies Disputationum Politicarum*, methodicè instructa, prohib.

RENERIVS Budelius.

EX libro, cui titulus est, *De Monetis, & re Nummaria libri duo*, quibus accurrunt tractatus varij, & consilia de Monetis, Auctore, & Collectore Renerio Budelio Ruremundano. Colonia Agripinæ, apud Ioannem Gymnicum, 1591.

Ex Epistola dedicatoria, quæ incipit, *Omnes aries*, &c. p. 2. linea undecima à principio, post illa verba, *Dissolvi poterint*, dele usque ad, *Et nos mille in locis*, exclus. —Et pagin. 3. linea 7. à fine, dele nomen *Caroli Molinei*, sicut etiam pagina 6. linea 5. à principio, ex Catalogo Auctorum expunge nomen *Caroli Molinei*, &c. cum

INDIC
Librorum
PROHIBIT
E. V.
= 4.

tractatus. — Et pag. 689. adhibe, *Nicolao Eberardo*, notam damnati Auctoris, sicut etiam, *Henningo Goden*, pag. 792. & *Ioachimo Mynsinger*, pag. 795. — Pagin. 440. in tractatu *Bilibaldi Pirckeymeri*, in titulo, post verba illa, *Patrium Nurembergensem*, adde, *Auctorem damnatum*, permissa tamen. — Pag. 475. deleatur totus tractatus *Caroli Molinæ*, *De mutatione monetarum*, per undecim quaestiones, cum suo titulo, à dicta pag. 475. usque ad pag. 578. exclus.

RICHARDVS Dinothus.

Eivs *De rebus*, & *factis Memorabilibus*, loci communes Hittorici, donec expurgentur.

RICHARDVS Lubbaeus.

Eivs *Emblemata Moralia*, & *Oeconomica de rerum usu*, & *abusu*, &c. recens illustrata Arnhem, apud Ioannem Ianssonium, 1609.

In Emblemate, *Veri pauperes*, in pagin. 2. in Encomio Amstelodami, quod incipit, *Confessio senio*, dele versum nonum, & decimum. — In Emblemate, *Rerum iniqua dispensatio*, p. 2. dele ab initio carminis, quod incipit, *Vulnerum Christi*, usque ad versum, *Multi enim Christum*, &c. exclus. — In Emblemate, *Divitiarum rectus usus*, in 2. pag. dele ab initio carminis, quod incipit, *Non verbis modo*, usque ad versum, *Non enim tibi*, exclus. — Et inferius, post verba, *Diuis impediuntur*, dele usq; ad, *beatum hoc*, exclus. — Et post versum, *Dilexere Prophetae*, dele usque ad finem carminis.

RICHARDVS Stanihurstus.

Seu, *Stainhurstus*, seu, *Steinhurstus*, alius à Poëta Lutherano.

Eivs liber *De rebus in Hibernia gestis*, prohib.

RICHARDVS Streinius.

Eivs *Stemmata familiarum*. Venerijs apud Henricum Stephanum, & apud Aldum 1591. prohib.

RODERICI Episcopi Zamorenfis.

Speculum omnium Statuum, ex quo tollenda Epistola dedicatoria *Melchioris Goldasti Haiminfeldij*, Auctoris damnati.

In RODERICI Acunæ.

Quaestionibus, *Prostatutio Papæ Pauli V. in*

confessarios solicitantes, &c. Benaventii, 1611. corrigendum mendum typographiae, tum in ipso Pontificio statuto tum in quaest. 2. pag. 7. ante medium, ibi, *Sacramentis ab Ecclesia institutis*, ubi pro, *Ecclesia*, reponere, *In Ecclesia*.

ROBERTVS Constantinus.

Eivs *Lexicon Græco-Latinum*, sine loci nomine, per hæredes Eustachij Vignon, 1592. prohib.

ROBERTVS Guaguinus.

Eivs *Annales rerum Gallicarum*, impressi. Francofurt. 1577. donec expurgentur.

RVGERVS Wildringtonus Catholicus Anglus.

Eivs opera omnia prohibentur, sed nominatim eiusdem *Apologia Cardinalis Bellarmini*, pro iure Principum adversus suas ipsius rationes, pro auctoritate Papali Principes sæculares in ordine ad bonum spirituale deponendi. — Item disputatio Theologica de *Iuramento fidelitatis Sanctissimo Patri Paulo Papa V. dicata*.

ROFENSI.

Falso adscriptus liber *De Fiducia*, & *Misericordia Dei*, prohib.

In RVARDI Tapper.

Viri doctissimi, & Catholici, tom. 1. explicationis articulorum Lovaniensium. Lovanij apud Martinum Verhasselt, 1565. artic. 2. §. *Ex his videmus*, p. 51. delo in margine, *Peccatum originale non esse propriè peccatum*, & scribe, *Hæc Ruardi sententia de peccato originali non est probanda neque consona decreto Concilij Tridentini*.

RVFFINI.

Opus de *Appetitione Episcopatus*, donec prodeat expurgatio

EN CASTELLANO.

RAYNERIO.

O su Psalterio en vulgar, se prohibe.



ES
n
ORU